1164 ad ea, quę pacis sunt, laborans electos principes et
éa primates suos ad imperatorem mittit ea, quę pacis Luc. 14,32
sunt, pertractans. Ex utraque parte crebro mittun-
tur nuntii pacem fabricantes, utraque pars de
)korr. aus gaudent P pace futura gaudet). Rege Boemorum mediante et
consulente quędam pars Ungarię fratri regis Un-
garie datur. Pax componitur et iuramenta ex
utraque parte confirmantur.[1] His ita peractis
rex Boemie domnum Martinum, curię suę
)korr. aus notorium P notarium,) quem maxime fidelem sibi dilectum
habebat, nepotem domni Gervasii[2], Visegradensis
prepositi et regalis palatii cancellarii, viri venera-
bilis,+ et coram Deo et hominibus approbati, cle-
ricum honestum, eloquentem, cum plurimis et
)übergeschrieben P electis) regalibus muneribus ad imperatorem Gre-
cum in legationem mittit. Quem imperator ho-
norifice susceptum et optime tractatum imperia-
libus ei plurimis datis muneribus ad regem
Boemie remittit feliciter. Imperator ampliorem
amiciciam inter se et regem Boemie confirmare

1) Dölger, Regesten Nr. 1455.
2) Über Martin vgl. Zatschek, Germanoslavica II, 2, S. 207 f.